



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...**

Libris Quatuor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conversione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1670**

127. Conuers. mirab.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10757**

praesentis haec arma tenuere; ut primum licuit Pechino exire missiones suas reperit Longobardus in vili iumento, nempe armis impar deinceps ferendis septuaginta nouem, veteri ardore, se & illos quos adibat incendens miris modis, ex quingentis ferè hoc anno illic baptismo tinctis diuinæ miracula gratiæ, pars potissima. Exire; senes decrepitos post vitam idolis perpetuo ieiunio immolatam, meritorum obiecta quam sibi finxerant immensa imagine, in legem albam renasci ante prope viuis excessuros quam possent aliquid promereri; Literatos, diuites, Mandarinos, secundarias vxores ex quibus liberos tolerant, domum remittere quamuis suæ cum grandi ad publicam opinionem dedecore, & breuiter alias mutationes fieri tam miras, quam difficultate insuperabili arduas; ad hæc primarias palatij feminas Christianas ad quadraginta pertingere, usque iam virtutum accessionibus Christi fidem ornare ut scribat P. Scial, cuius consilio in rebus animi regerantur, dignas fuisse historiae laude; tam esse propositi tenaces, ut non dubitarent apud dominas suas Reginas illud explicare; tamosearum viuendi ratio, & sanctè agendi, cuiusmodi essent, non obicere testificaretur. Nec dissimuliter Christianos Eunuchos numero, & religiosi profectibus augeti; hæc, inquam, faere clementiæ diuinæ prodigia. Non sequar seorsum Prouincias, & loca, Patrum laboribus, & sudore irrigua. Breuiter dico Brancatium & Grauinam in vrbe Sciamaicum, & viginti quatuor supra mille baptismo expiisse; Fabrum & Todeschinum in Prouincia Scensiana, mille ducentos quadraginta; Sambiasium & Bullium; in Nanchinensi centum nonaginta. Alibi magis ægtius nunc ducentos in Fochiensis Prouincia, quam olim, ut solebat nongentos, alios passim aliunde Manuelem Diaz iuniorem Nimpo; Cresciano Trigaultium, monterum Cechiano, Huquani ex pagis P. Goueam; Honani Figheredum; Sacerdotes denique septem & viginti suas Christo prædas, & venationes retulisse, dignas equidem memorata omnes, nisi essent inter se similes. Verum enim vero P. Stephanus Faber communi non debet numero inuolui absque peculiari mentione exuberantis in eo Apostolici spiritus, cui Christianitas Scensiana, accessus pietatis eximios, Religio populos quibus creuit, complures acceptos retulit. Mandarinatu recens, ille Han Stephanus vir sanctus, & Præfecturâ vrbis Iamhiensis ornatus fuerat; is pro singulari erga Fabrum amore, quem consociabat vtriusque par ardor in procuratione salutis alienæ; illum inuitauit ad Iamhienses suos simulachrorum cultum dedocendos, & durandum secum, iis ad Christum trahendis gloriosum laborem, cui Fabrum norat mirificè habilem. Pasca exacto Faber, comite Christiano quem ad se miserat Mandarinus iter aggreditur dierum quatuor, quod secunda die, interceptum repente cateruis grassatorum, ferro, igni, seruitute cuncta vastantium, retexere noluit, sed ampliandæ religionis magna fiducia, nec quatridui per inuia rupium, & præcipitia ipso aspectu formidabilia, vadâque

117.  
Conuersi-  
rab.

118.  
Conuersi-  
plurim.

119.  
P. Steph. Fa-  
bri labor.  
virtutes mi-  
ra.